

math. 17

Pater noster qui in caelis es scificetur nomen tuum · ueni
at regnum tuum · fiat uoluntas tua sicut in caelo & inter
ra · panem nostrum super substantialem da nobis ho
die · et dimitte nobis debita nra · sicut et nos dimitti
mus debitoribus nris · et ne nos inducas in temptati
onem · sed libera nos a malo ·

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum · dimittet
et uobis pater uester caelestis delicta ura · Si autem
non dimiseritis hominib; nec pater ur dimittet peccata ura ·

Cum autem ieiunatis · nolite fieri sicut hypochritae
tristes · Exterminant enim facies suas · ut pareant ho
minibus ieiunantes · Amen dico uobis · quia recepe
runt mercedem suam · Tu autem cum ieiunas · unge
caput tuum et faciem tuam laua · ne uidearis ho
minibus ieiunans · sed patri tuo qui est in absconso ·
et pater tuus qui uidet in absconso reddet tibi · No
lite thesaurizare uobis thesauros in terra ubi erugo
et tinea demolitur · et ubi fures effodiunt et furant ·

Thezaurizate autem uobis thesauros in caelo · ubi neq;
erugo neq; tinea demolitur · et ubi fures non effodiunt
nec furantur · Ubi enim est thesaurus tuus · ibi erit et cor tuum ·

Lucerna corporis tui est oculus tuus · Si fuerit oculus
tuus simplex · totum corpus tuum lucidum erit · Si
autem oculus tuus nequam fuerit · totum corpus tu
um tenebrosum · Si ergo lumen quod in te est tene
bre sunt · ipsae tenebrae quantae erunt ·

Nemo potest duobus dominis seruire · Aut enim unum
odio habebit et alterum diligit · aut unum sustine
bit · et alterum contempnet · Nn potestis dō seruire et mamone ·

Ideo dico uobis · ne solliciti sitis animae urae quid
manducetis · neq; corpori uro quid induamini · Non
ne anima plus est quam esca · et corpus plus quam
uestimentum · Respicite uolatilia caeli · quo non
serunt neq; metunt · neq; congregant in horrea ·

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/mss/18-22-aug-4f/start.htm?image=00039
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss18-22-aug-4f/0039